



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Habacvc Propheta**

**Habakuk**

**Argentorati, 1526**

**VD16 B 3952**

Deus ab Austro uenit, Et sanctus demonte Paran. Sela. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35974**

## ANNOTATIONS.

*funis durissimus est, ubi summus tremor, & maxima  
desperatio est, tum inquit, misericordie reminisci-  
ris, ut succurras. Qui ergo ad æternam fœlicitatem  
anhelat, ille te sic agnoscere cogetur. Pijs solamen est,  
impijs non ferendum onus.*

Deus ab Austrō uenit,  
Et sanctus de monte Paran.  
Sela.

Prisca nunc miracula, ceu in tabulam aut pannum, depingere, ordine adgreditur. Primum est, quod populum ex Aegypto, per desertum, in terram Canaan duxit, quod ab Austro, ad terram Canaan usq; per tingit. Quom ergo cum populo Israel Deus inde per fringeret, recta ab Austro, ad Cananitas perueniebat, quos & percutiebat. At uero &que insigne miraculum erat, quod Israel ex Aegypto, per tot gentes, tot uastas solitudines pertransire, tot è terra sua populos eiscere ac propulsare deberent, atque fuit, quod è Babylone redimerentur. Attamen sic fiebat, suo tempore. Quod in scripturis Deus adpelletur Sanctus, cognitum esse ferè, etiamnum deberet. Nam ubicunque is fuerit, illic etiam sanctificat. Quid sit Sela, alibi satis explicatum est, præsertim Psal. 67.

Laudis eius pleni erat cæli,  
Et gloriæ eius plena erat terra.